

Circulorum Maximorum ex ipsis angulis tanquam ex polis descripti, angulosq; subtendentes.

*Exemplorum copiosissima seges sese offeret in sequentibus.*

Triangulum Sphæricum aut est Quadrantale, aut non. Quadrantale est, cujus aut latus, aut angulus æquatur Quadranti vel 90. gradibus.

Estq; vel multiplex vel simplex.

Quadrantale Multiplex est vel Trirectangulum vel Birectangulum.

Trirectangulum est, cujus omnes partes æquantur Quadranti vel 90. Gradibus.

Ejusmodi Triangula describuntur in Globo à tribus circulis Maximis per polos sese mutuò secantibus. Ita duo Coluri & Æquinoctialis, Circuli Sphærae Maximi, per Polos sese mutuò interfecant: Illi enim ambo per hujus polos transeunt; uti & Colurorum unus per alterius polos. Describuntur ergo ab ijs solâ hac mutua intersectione omnia Triangula quæ fiunt Trirectangula, siquidem dicti Circuli ubiq; ad angulos rectos se interfecant.

Birectangulum est, cujus duo tantum anguli & sua subtendentia latera sigillatim Quadranti æquantur.

Hujus angulus reliquus aut est acutus, aut obtusus.

Si acutus, est & tertium latus Quadrante minus: si Obtusus, erit majus.

Quin imò, si acutus sit, si Obtusus tertius angulus Trianguli Birectanguli, æquatur suo lateri subtendenti.

Ita in Globo Quadrantes Ecclipticæ & Æquatoris Vernicum.

cum.